Clementis.vij.quo tempe erat scisma in ecclesia qñ Henric⁹ ipator ꝓuocauit ⁊ ꝓgregauit ꝓciliũ generale nõ vocatis papa nec cardinalib⁹ q̃ erãt discordes. Et qd ibi ordinatũ fuit valuit ⁊ fuatũ fuit in eccl'a non obstãte absentia pape ⁊ cardinaliũ. ¶ Item notatũ est q̃ aliqui in sede apl'ica ⁊ tenẽtes pacẽ iuste suis tp̃ibus reguauerũt sine scismate quor̃ nomia sunt hec Johes.x. Jo. xvij. Siluester.ij. Damasus/ ⁊ Victor.ij. Item notandũ est q̃ Leo papa.iiij.dubitãs ne ei⁹ electio eẽt bona renũciauit papatui.tũ Cardinales videẽtes eius bonitatẽ reelegẽrt ipm. Et idem ꝓtigit Honorio.ij natione bonoñ. ¶ Scismata supradicta fideliter extracta sunt a supradictis chronicis que patent omnibus volentib⁹ eas audire. ¶ Finit.

Incipit tractatus

eiusdẽ Joh. Gerson de vnitate eccl'iastica

A Vnitatis eccl'iastice tractatoribus/vn⁹ ex zelatorib⁹ eiusdẽ pacis viã felicit inuenire. Et si alligatũ corp⁹ vinculis occupationũ/teneat ne pgat ad sacrũ Conciliũ pisis deo auspice celebrãdũ/nihilomin⁹ vbũ dei/sic dic apl's nõ est alligatũ. Propt'ea decreuit spũs pmptus/ ⁊ pacis auidissim⁹. vbũ aliqd dei litterulis insertũ q̃quauersus spargere/q̃ infirma nequt ire caro. Non quidẽ ad determinandus absit hec temeritas.sed ad examinandum. ⁊ dandũ sapientib⁹ occasionẽ/ ⁊ offerendũ in tabnaculo dei cũ hominib⁹/ id quod ex talẽto q̃lis q̃ scientie cõmissum est.

Vnitas q̃ppe eccl'iastica. ad vnum certũ xpi vicariũ/stantib⁹ terminis in q̃b⁹ est ecclesia Anno dñi. Mcccc.xxix. Januarij nõ est retardãda ꝓt' allegationes quasdã ex iurib⁹ positiuis/sumptas ꝓtra celebrationẽ ꝓciliũ generalis/ aut viã cessionis. vt q̃ cõciliũ nõ põt celebrari sine auctoritate pape. Ex spoliatus añ oia debet restitui. Ex recusandi sunt tanq̃ inimici q̃ subtraxerũt se ab obediẽtia. Et allegari põt iustus metus. Ex pape nemo dicere põt. cur ita facis. pſertim si nõ sit expſse errans ꝓtra articulos fidei/ cũ a nemine valeat iudicari/ ⁊ nemini sit subiect⁹/ nec possit effici scismatic⁹. Ex piculosum est pastori deserere gregẽ suũ cedendo. Rursus q̃ quilibet fecit debitũ suũ p eccl'iastica vnione/ nec est in culpa. Denicq̃ q̃ inquirendũ est de iusticia vere ptis/ sine cui⁹ cognitõne/ñ pñt hi qui errauerũt penitere/ ⁊ siqua sunt silia. Ponunt igit aduersus ista ꝓsideratõnes.xij.generales/ quor̃ explicatio spẽalis sufficiet studiosis ista reuellere.

Cõsideratio prima

Vnitas eccie generalis/ sic impedita est p diuisiones filior̃ suor̃/ tanq̃ mẽbror̃ putrescentiũ/ ⁊ ꝓtra deum peccãtiũ/ nã pcta nr̃a iuncta vbũ ꝓphicũ diuiserũt inter nos ⁊ deũ. Sic p vnionẽ opposita/ scz p recõciliationẽ cuislibet ad deuz corrigendo prauos mores. hũiliando se/ ⁊ orando rursus debet hec vnitas impetrari Alioq̃n manẽte cã scismatis/ qualis de sua cessatione poterit spes hr̃i/ nisi tm̃ in pura gr̃a dñi nr̃i Jesu xpi/ q̃ immeritis/ ⁊ ingratis/ ꝓferre solet magna/ nihilomin⁹ coadiutores ei⁹ esse nos optet. nũc p̃cipue/ qñ pacis inimic⁹ seuiet acri⁹/ q̃to redit⁹ pacẽ p pinq̃or appet/ ĩmittet qñ si poterit/ validissimũ ad ꝓtinuationẽ scismatis impedimẽtũ/ diuisiones scilicet int' eos/ q̃ pſecuturi sunt vnionẽ/ ministerio superbie/ cupiditatis/ aut inuidie.

Consideratiõ secũda contra primam allegationem.

B Vnitas eccie eẽntialis sp manet ad xpm sponsũ suũ. Nam caput eccie xps in q̃ sum⁹ omis vnũ pm apl'm. Et si nõ hz vicariũ. dũ. s. mortu⁹ est/ corpaliter vel ciuiliter/ vel qr nõ est pbabiliter expectandũ q̃ vnq̃ sibi vel successorib⁹ suis obediẽtia pstet'a xpianis/ tũc ecl'ia taz diuino/ q̃ naturali iure/ cui nullum obuiat ius positiuũ rite itellectũ/ pt ad pcurãdũ sibi vicariũ vnũ ⁊ certũ/ semet ꝓgregare ad ꝓciliũ generale/ repũtans eã. ⁊ h̃ ñ solũ aucte dñorũ cardinaliũ/ sz et adiutorio ⁊ auxilio cui⁹ cũq̃ ꝓncipis/ vel alteri⁹ xpiani. Nõ enim hz corp⁹ eccie misticũ a xpo pfectissime stabilitũ/ min⁹ ius/ ⁊ robur/ ad pcurãdũ sue vnionis/ q̃ corp⁹ aliõ ciuile/ misticũ/ vel naturale vex. Hecq̃ n. ẽ de imediato ac ĩmutabili iure diuio/ vel naturali/ q̃ eccia se nõ possit ꝓgregare ⁊ vnire ⁊ sine papa. aut sine aliq̃ pticulari statu vel collegio. vbi in casu cadere potest mors/ vel error.

Cõsideratio tertia

Vt contra secundam allegationem.

Vnitas eccie ad vnũ certũ vicariũ xpi/q̃ q̃dammõ accidẽtalis atq; mutabilẽ/ñ dz ipediri mime vel differri ꝓpt cõtẽtõz duoꝝ de papatu/aut fautoꝝ suoꝝ/si q̃rãt sic manere p allegatões iuriũ positiuorũ. ⁊ iustificatões varias. ⁊ ꝯqõnes q̃ sunt spoliati/⁊ q̃ dñt añ oia restitui vel aliũde. Dz videl etpediẽs. q̃ ea q̃ retro fũt obliuiscẽtes. Isti de ꝯcilio. i ãteriora sic̃ apl's loq̃tur/se extẽdãt. vt iuxta narratõz ab Aug cõmẽoratã/pl⁹ q̃rat quõ libabit eccia ab hac scismatꝫ fouea pfũdissima/q̃ q̃lit/⁊ a q̃bꝫ i eã est plapsa.

Consideratio. iiij. cõtra secũdam allegationem.

Vnitas eccie ad vnũ certũ xpi vicariũ sic amãda ẽ/vt p sua adeptione possint rõabilit/plima mala singulariũ psonaꝝ dimitti/nẽ vel in posteꝝ/sine pena Et q̃dã va singularia iura pñt differri. sic q̃ fiat cessatio volũtaria de eis/vl'ẽt coacta p auctẽ ꝯsilij. Hoc nimiꝝ dictat nature lex vt ps q̃libet p suo toto saluãdo/se det ⁊ exponat. Q̃ si q̃s ꝯtẽdẽtiũ iustificare se seu iuste secũ agi ꝯtenderit/dicat ei tu te tuaq̃ oia debes eccie/tu q̃ pastorẽ te noias/q̃ tũcũq̃ sis inocẽs. debes p ea vel saluãda/vel vniẽda/vel ñ gnit scãdalizãda/ pat⁹ eẽ ponere vitã ꝓriã/q̃to magꝫ q̃libet dignitatẽ q̃rẽdo q̃ fũt iesu xpi/⁊ h ñ fm dictamẽ ꝓrium vel carnale sz publicũ ⁊ icorruptũ spũale/put ꝯciliũ qõ vtiq̃ sapiẽs est iudicabit. Neq̃ p:sus h agẽdo dehes gregem. sed pasces vnies ⁊ manere diceberis.

Consideratio Quinta

Vnitas eccẽ ad vnũ xpi vicariũ/nõ bz necẽ q̃ nũc pcurẽt fuãdo t̃mios lr̃ales/aut cerimoniales iuriuz positiuoꝝ/aut pcessuũ ordinarioꝝ/i euocatõibꝫ/accusationibꝫ/dilationibꝫ/aut sil'ibꝫ/sz sũmarie ⁊ de bõa grossaq̃ eq̃tate/pt pcedere ꝯciliũ istõ generale. In q̃ residebit sufficiens auctoritas iudicial' vtẽdi epikeya. i. interptãdi oia iura positiua/⁊ ad finẽ celeriorẽ/⁊ salubriorẽ hñde vniõis/eadez adaptãdi aut si op⁹ fuerit relinq̃ndi. Qõ ei p ecclastica pace ⁊ salute istitutũ ẽ si rite ⁊ ñ tiranica|malignitate fuerit institutũ/ñ dz ꝯ eaz militare/ne ptãs data videat ꝯstõnibꝫ hũanis in destructiõz eccie/ñ i ei⁹ edificatõz. Auctas ꝛo doctrialit vtẽdi epikeya. residet pncipalit apõ pitos i theologia. q̃ ẽ architectoria respectu aliaꝝ. Et ꝯũter apõ pitos i scia iurꝫ canonici ⁊ ciuilis/put ex pncipijs iuris diuini ⁊ naturalis hñt accipe fundamenta

Consideratio. vi. ꝯtra q̃rtã allegationẽ.

Vnitas eccie ad vnũ certũ xpi vicarium/videl p ꝯciliũ nũc celebrãduz/sic pcuranda q̃ pmo det securitas/tã p pncipes/q̃ p alios q̃ scũq̃/p duobꝫ cõtendẽtibꝫ/si voluerit ꝯgere. pcedẽdo ad implendũ iuramẽta sua atq̃ vota. Q̃ si noluerint ꝯfidere q̃rat ab eis cessio p pcuratores ltimos. Q̃ si vtrũq̃ ꝯtẽpserint. pcedat ꝯtẽptis ambobꝫ ꝯtẽdentibꝫ ad electiõz vni⁹ p cõem assensũ tot⁹ ꝯsilij roborãtis ⁊ approbãtꝫ illõ qõ due de collegia dñoꝝ cardinaliũ/aut eoꝝ ps maior ⁊ sanior ꝯstituerint/aut fecerint. Q̃ si voluerint aliqui pertinaciter adherere alteri contendentiuz/nec in seq̃ sniam ꝯcilij/qõ ñ ẽ leuit psumẽdũ/vidẽrint ipi de salute sua/qz ꝯciliũ istõ/⁊ seq̃ces ei⁹ se apud deũ ⁊ homies a scismatis imputatione liberauerint

Cõsideratio. vij. ꝯtra tertiã allegationẽ

Vnitas eccie ad vnũ certũ xpi vicarium/sic pnilegiata ⁊ scã ẽ. vt eã sincero zelo q̃rẽtes/nullo mõ debeãt reputari a ꝯtẽdẽtibꝫ sui aduersarij. sz amicissimi i tpo/dũ cessionẽ ipoꝝ volũtariã q̃rũt/vel eis nolẽtibꝫ cedere/petũt deiectionẽ/q̃tinus vt spũs eoꝝ saluus fiat/nec eccia diutius pturbet. Agũt q̃ppe tam rez ipsoꝝ cõtendentiũ. q̃ id qõ q̃libet christian⁹ agere debet. Immo iussionẽ dei hñt in tã despato/⁊ inueterato mr̃is cõis morbo. Nec est radix inuiolãda ⁊ sufficiẽs pie necessitatis ⁊ necessarie pietatis. in q̃ christianissimus rex francoꝝ/vere inocẽtissim⁹/ nec q̃rens q̃ sua sunt. nec quẽpiam odio habẽs/fundauit hactenus omnẽ agibiliũ varitatẽ laudabilẽ/circa pacis reductionẽ. sicut littera sua patens indicat. cu⁹ inicũ est post salutatõnẽ. Pax ecclastica ⁊c. Preclarã itaq̃ attulit excusationẽ Cicero in philippicꝫ. dũ inconstãs in amicicia cesaris. ⁊ varius fuisse culparet. cu⁹ est hec snia/qz ꝓba nõ habeo Cesarẽ ait nunq̃ dilexi. nisi p q̃to diligere visus est rempublicã. Dũ ergo mutauit amorẽ ad eandẽ rempublicã/factus tiran⁹. q̃ ꝯseq̃nter aduersus eũ amicicia cõmutaui

Consideratio. viij. ꝯtra tertiã allegatõz.

Vnitas eccie ad vnũ certũ christi vicariũ/nõ debet impedire ꝓpter restitutionẽ obedientiaꝝ/ambobus contẽdentibꝫ/tanq̃ spoliati sint/ꝑ pus facẽ;

dam. Nam q̃ iniustus detẽtor vel p̃do spoliat⁹ sit restituend⁹/ē magꝭ ex instōne p̃ositiua ⁊ iudiciaria/non pure naturali/vel diuina. Propterea tenet ī solis casib⁹ exp̃ssis nec in p̃iudiciū iurꝭ d̃ini/⁊ naturalis/⁊ b̃oi cōis est aliq̃ten⁹ obſuanda. Necꝫ.n. restitutio dꝫ fieri exēpli gr̃a/hereticis. necꝫ scismaticis manifestis. necꝫ furiosis/⁊ ebr̃ijs/in sui pniciē necꝫ intrusis in papatū. necꝫ petētib⁹ vtorē nō despōsabilē. aut affinez in gradu ꝓhibito iure d̃ino. necꝫ petēti beneficium q̃d tenere non potuit. alio iam ex̃ite ltimo possessore/necꝫ postremo volēti reb⁹ detentis abuti in ꝓtumeliā creatoris. aut in eccie pniciē. aut in b̃ois lib̃i fuiturē/aut ꝓtra castitatē alicui⁹ ⁊ vitā. ⁊ si q̃ sūt similia. Multas aūt exceptiones hmōi ꝓtendentium quēlibet intuenire videre facile est.

Consideratō nona

Vma contra octauam allegationem Vnitas eccie ad vnū certum christi vicariū/videl meli⁹ procuranda. si necꝫ ante ꝓciliū necꝫ in cōcilio. necꝫ postmodū q̃rant fieri iustificationes/vel iniustificationes eorꝫ q̃ hincinde facta sunt. vt de intrusione huius vel illi⁹ in papatū. de p̃cessibus p̃mo fulminatis in alterutrū. de violatione iuramētorꝫ/⁊ votorꝫ/de subtractione/aut neutralitate/vel libtatis eccia⁹ p̃ticularium reductione. De imputatiōe scismatū/vel heresū. de adhesione reprobāda vel laudanda alterius p̃tis obediētie. De sentētijs excōicationū/aut aliarꝫ penarum

Cessent q̃ppe talia ⁊ iuxta rōes. p via cessiōis/⁊ practicā e⁹ alias p̃res oñsā/pcedat auferēdo. pcessus factos. ⁊ iustificando vel ratificādo aut ēt tolerando p̃terita/put rexq̃litas patiet/aut p̃lima ad statū q̃ p̃us erāt añ scisma p̃ñs/absq̃ alia discussione repondēdo/puidēdo rursus ambob⁹ ꝓtendētib⁹ de sufficiēti securitate/⁊ statu p⁹ cessionez. si eā p se. vel pcuratores ltimos vltro facerēt sero voluerint. q̃ cessio eis p ꝓciliū. p purgatione oīm p̃us impositorꝫ tāq̃ sufficiēs reputet valitura.

Cōsideratio decima

Vcontra septimā ⁊ q̃ntā allegationē Vnitas eccie ad vnū certū xp̃i vicarium. tāto zelo q̃renda ē. vt vir possit sobria esse. ⁊ nō temeraria reputatio alicuius xp̃iani/q̃ sufficient ad h̃ ōbitū pegerit q̃to min⁹ h̃ q̃spiā audere dꝫ assererе iuramēto/p̃ktum vbi boīm maxia multitudo reputat ꝓtrariū/h̃.n. q̃d aliud ā. q̃ p̃tinacit ⁊ incorrigibilit talē in erratis p̃sistere.

Rursus occurrere p̃ñt casus multi in q̃b⁹ pacis publice/aut iuste defensionis/sic vim vi repellēdo. Liceret a rite electo in papā subtrahere obediētiā. Liceret in neutralitate manere. Liceret ipsum corporaliter incarcerare. Liceret ei administratōnē oēm publicā intdicere. Liceret p appellationē aut sil'e remediū sibi resistere. Fieret q̃ sic ei obediētia v̄a/poti⁹ q̃ ꝓtradictō vel resistētia. Liceret p̃missas snias suas q̃ lescūq̃ nō timere. nec timēdas asserere. sed lacerare eas/⁊ in caput suū retorq̃re. Liceret p̃terea accusare eū de scismate/vel heresi Tam doctrinalit in locis publicis/p theologos ⁊ sapiētes. q̃ secrete in correctiōe fraterna. cui snbijcit tāq̃ pctōr in foro pnie. et iuridice corā tota eccia/cui sil'r subiect⁹ est. tāq̃ deuiabilis ī deuiabili. Liceret ꝓciliū generale. eo iuito celebrare. Liceret tandē ip̃m ad cessionē cōpellere/vel renitētē deijcere ab oī honore ⁊ gradu. imo ⁊ vita p̃uare

Nec oīa deniq̃ talit licere p̃ñt/sub tali iure d̃ino ⁊ naturali. q̃ aduersus hāc v̄ita/nulla lex vel ꝓstō puri b̃ois cuiuscūq̃ sine noua auctorisatione dei/fieri dꝫ. q̃n erroris intolrerabilis dānanda sit. An v̄o p̃dicti casus in scismate p̃ñti ꝓcurrerūt/discutiendo neq̃q̃ assumim⁹/cū distinctōnes p̃ticularium casuū omittti debere magis estimem⁹

Cōsideratio. xi. ꝓtra octauā allegationē

Vnitas eccie ad vnū certū xp̃i vicariū. nō req̃rit vt errātes p̃ktim ī dubio. pbabili circa obediaz v̄i pape penitere ñ possint. nec eē in statu salutꝭ. nisi exp̃sse ⁊ absolute ꝓfiteant erratū suū cum sepe in talib⁹ pnia vel absolutio ꝓditionata sufficiat. Dꝫ nec optet oēs inculpare de scismate. q̃ in tanta iuris papalis dubietate ꝓsurgēte/ex factis dubijs/⁊ varijs/certaz v̄o pape ñ p̃stiterunt obediam. Sic nēpe verus papa potuit in scismatis culpā labi si p̃tinax fuerit in recusando ea q̃ pacē vniuersalē hēbant reducere/vt ꝓciliū generale/vel p̃mptitudinē animi ad viaz cessiōis iurate/⁊ voti cōplemētū. Sic excusari poterūt multi aduersātes ei/si fuerit h̃ zelo vniōis h̃ñde/si fuerit ex dubio pbabilis ignorantie/dū tū patos sp audire eccia⁹ exhibuerit se/ⁿ metipos ⁊ obedire ꝓgnite veritati

Consideratio Duodecima.

Vnitas eccie ad vnū certū christi vi

carium sicut incboanda impetrandaq; est est p oronēs deuotas/ & mox correctionez sic in ei⁹ reformatione a sūmo vsq; deorsuz p oēm suorum membrorum principaliuz vel non principalium iuncturam / debet cum facta fuerit studiū vehementissimū et ꝯtinuū adhiberi/ne iusto dei iudicio deterius q̄d ꝯtingat si p⁹ ꝯcessam ōi miaz vnionis salutarē recidiuatio por fiat. ¶ Qualia ꝯo in ecclastica policia veniāt reformāda. poterūt docere tā libri expientie. q̄z multiplices cartule/iā sup ꝶ edite/ & relatiōes ecclesiasticoz in ꝯcilio fide digne. ¶ Denicq; si cōtigerit forsitā generale ꝯciliū retardari ꝓt ꝓncipiū vel alioz in diuerſ patrijs diuisiones/vel aliūde/sicq; multi notabiles vel neq̄ant/vel noluerīt coparere/nec mittere/sed differre/ & dñi cardiales vtrobiq; sētiāt pbabili ꝯiectura. q̄ tales multi & magni de vtraq; pte ñ obedirēt sue electiōi/videretur expediēs in ꝶ casu/q̄ ipi cardinales cōparētes in ꝯcilio inuenirēt saltē modū tollēdi ppetuitatē in ꝶ scismate/puidendo q̄ p⁹ decessum amboz ꝯtēdentiū/ & si nō citi⁹ pax hr̄etur. qz melius eēt sero/q̄z nūq̄z. et ꝶ iuxta modū q̄ in alio ꝯcilio frācie fuit conclusus/vt p suos ambasiatozes q̄rerēt & pse q̄rēt apō ambos ꝯtendētes/ & sua collegia de nō eligendo. s. quēpiam in casu mortis bui⁹ & illi⁹/cū ceterz clausul' ad ꝶ oportunis

Sequuntur quatuor considerationes ad fulcimentū & declarationem p̄missoz.

¶ Consideratio. i.

5 Vnitas eccie ligat q̄druplici lege/diuina. s. vel euangelica/naturali/canonica/ & ciuili. Quaz duas extremas regulare necesse est p ꝓma/ fm epikeyam. i. bonā eq̄tatē. Hoc itaq; ex traditionibus earundē legū vltimaz ꝯuincit/ quarū annotationes aliq̄s p min⁹ eruditis & lr̄atis placet adducere. ¶ Prima annotatio

¶ Non debet reprehensibile iudicari. si fm varietatē tēpoz statuta q̄nq; variant būana. p̄sertim cū vrgens necessitas vel euidēs vtilitas id exposcit/q̄m ipse deus ex his q̄ in veteri testamento statuerat nōnulla mutauit in nouo. Nec Innocētius tertius in cōcilio generali & habēt in decretali. Non debet de cōsanguinitate & affinitate in antiquis. ¶ Secunda annotatio.

¶ Quoniā nulla iuris sanctio q̄tumcūq; ꝓpenso digesta cōsilio ad būane nature varietatem/ & machinationes ei⁹ inopinabiles sufficit/nec ad decisionē lucidā sue nodose ambiguitatis attingit. eo p̄ftim q̄ nihil adeo certū clarumq; statuit/ q̄n ex caus emergentib⁹/q̄bus iura iā p̄dicta mederi ñ pñt/in dubiū reuocēt &c. Nec Job. cxij. in phemio clemēt. ¶ Tertia annotatio.

¶ Nō pñt oēs casus seu iuris articuli legibus cōprehēdi/sed cū aliq̄ casu snia legum manifesta est. is q̄ iurisdictioni p̄est ad silia ꝓcedere/atq; ius ita dicere debet. Nec bñt in. l. non possunt. ff. de legibus.

¶ Quarta annotatio.

¶ Certū est q̄ is cōmittit in legem. q̄ legis verba cōplectens/cōtra legis nitit volūtatem. ꝶ bētur in regula iuris. Certū in. vi. Cōtra facit qui id facit/q̄d lex prohibet. In fraudē legis facit. q̄ saluis verb legis sniaz eius circūuenit. Nec hñtur in. l. cōtra legē ff. de legib⁹. ¶ Quinta annotatio.

¶ Nullua iuris rō/aut eq̄tatis benignitas patit/vt q̄ salubriter p vtilitate hoim introducunt/ea nos interptatione durioze contra ipsozū cōmoda perducamus ad seueritatem. Nec habētur in. l. Nulla. ff. de legibus. Cum quo concordat regula iuris canonici in vi. Quod ob gratiā alicui⁹ concedit̄ non est in eius dispendiū retorquendum. Item ipe leges cupiūt vt iure regantur. Item ait scipio nasica. Consul dū iuris ordinem seq̄tur/id agit vt cum legibus suis romanū corruat impiū. Ideo iuris ordo est in casu vt scilicet iuris ordo non seruetur. ¶ Secunda Consideratio

6 Vnitas eccie ad vnū certū christi vicariū/neq̄t mō p̄curari cōmode/sine recursu ad epikeyā/seu bonā eq̄tatē/q̄ interptatur litterā iuriū positiuozū/ fm intentionem legislatoz/radicatā in legibus eternis/ac imutabilibus diuine legis per quam legum cōditozes iusta decernūtatq; fm dictamen legis naturalis. Dicautem p̄cessus antonomatice/ & summe iudicādus erit iuridicus/si innitet legib⁹/ & iuribus/ & canonibus/ꝓprio & vero nomine sic vocādis. ¶ Veritas considerationis legitur clarissime in libro expientie/p prudentes/ & circūspectos/ nec p̄teruos. nec male affectatos. dū considerāt materiā p̄sentis scismatis/cum circūstantijs omibus / q̄les nunq̄z vise sunt cōcurrisse/in aliq̄ casu lege positiua memorato. Quid igit mirandū/ si nō bēatur in eisdem traditionib⁹ positi-

uis/modus ad remediandũ expssius / quẽ/ admodũ multi vigebant morbi ꝑ ꝓ leges nũc ꝓdite late essent/ q̃bus nõ erat expsse puisum/ ⁊ cũ leges hmõi facte sunt/ ꝓstat q̃ nõ poterũt infinitati casuũ possibiliũ/ ꝓuidere. ¶ Sunt autẽ ipius iuris diuini ⁊ naturalis regule tales immobiles ⁊ eterne vt exempli gratia.

¶ Principia iuris diuini ⁊ naturalis

Obedire oportet magis deo q̃ hoĩbus Dedit deꝰ ptãtem hoĩbus in edificatõẽ nõ in destructionẽ eccie Nihil possumꝰ ꝓtra veritatẽ. Plenitudo legis atq̃ finis eius est dilectõ. Dilectõ est causa vnionis atq̃ pacis. Dilectõ nõ querit que sua sunt. Finis omis potestatis et hierarchie eccĩastice est dilectõ pax ⁊ vnio. Finis ĩponit necessitatẽ his q̃ ad finẽ sunt id ẽ fm exigentiã finis cetera dñi moderari Necessitas nõ habet legẽ. Felix necessitas que ad meliora ꝓpellit. Bonꝰ pastor ponit aiam suã ꝑ ouib suis vniendis ⁊ saluãdis. Inimici hoĩs domestici eiꝰ. i. carnales sensus. Spũalis hõ omia dijudicat. Medium virtutis accipiẽdũ est vt sapiẽs iudicabit. Vim vi licet repellere. Fas est vnicuiq̃ se tueri. ⁊ rem suã defendere ꝓtra vim iniustã. Qui suo iure vtit nemini facit iniuriam. Deteriora sunt aniarum q̃ corpalium vel rerum exteriorum detrimenta. Depositum non est reddendũ in depositariũ/ vl' rei publice detrimentũ. Saluberꝰ panis aut vestis aut gladius ab abusiuis subtrahitur q̃ donetur. Vnicuiq̃ mandauit deus de ꝓximo suo. diliges inquit proximũ tuũ sicut teipm. Quod pro caritate institutũ est. cõtra caritatẽ militare nõ debet Si pes tuus aut manus ⁊ ita de capite scandalisat te proijce abs te. Qui ecciam nõ audierit sit sicut ethnicus ⁊ publicanus. Toleranda sunt zizania. ne simul eradicetur ⁊ triticum Cõmunis error facit ius. Non piurabis. Reddes altissimo vota tua Omne iuramẽtũ ⁊ votũ quod sine detrimento salutis põt custodiri/ seruandũ est. Cuius est condere vel doctrinalr vel iudicialiter/ eius est similiter interptari. Intelligẽtia dictoꝝ ex causis assumẽda est. dicẽdi/ ⁊ similia multa.

¶ Tertia Consideratio.

Vnitas eccie ad vnũ certũ xpi vicariũ/ dũ ꝓcurat ꝑ epikeyã/ seu bonã equitatẽ/ nõ exigit in sic epikentib / seu legum positiuaꝝ interptib/ q̃ bẽant euidentiam mathematicã/ seu demõstratiuã/ sz satis est si certitudinẽ moralẽ seu ciuilẽ ⁊ politicã attulerint. ¶ Considerat q̃ppe bonꝰ epickes circũstãtias oẽs ꝓticulares. q̃les ñ potuit legislator ꝓuidere/ nec expmere. quibus attẽtis aspicit finẽ q̃ seq̃rek frigorẽ lrã/ lis expssionis obfuaret/ q̃ duz videt ex hac obseruatione/ lesurã fore ex legib diuinis vel eternis/ contra intentionẽ debitã legislatoꝝ/ dictat vel doctrinalit vel auctoritatiue/ q̃ lex scripta sic vel sic/ applicãda est seu deserenda/ fm imaginationẽ phi de regula lesbia/ q̃ erat plumbea ⁊ non ferrea. i. flexibilis non imutabilis ¶ Constat autem q̃ de circũstantijs moralib non põt haberi certitudo nisi moralis. fm phi sniam in ethicis Exẽpli grã. Tyrannus ꝑsequetur rẽpublicã cautelis doloꝝ/ sic lupus rapax. nihilominꝰ ipe teget se vestimentis ouiuz. q̃ sunt tã vba q̃ facta apparenter scissima/ in q̃bus est freq̃nter eq̃uocatio/ vel ipocris Ago inquiet ista ꝑ republica/ ago ꝑ salute ppli/ ꝑ q̃b patus sũ etiã mori. nec dicẽtib oppositum quõlibet fides detur. Ita mẽtiet tirãnus/ ⁊ multos ex simplicibus seducet. Prudentes vero ⁊ iudices quorũ est epikeya vti. legent in opibus suis oppositum fm artez xpi. Ex opibus eoꝝ cognoscetis eos ¶ Vult dicere ꝓsideratio/ q̃ prudẽtibus ipis credendũ est/ etiãsi nesciuerint rationes euidentes/ ⁊ incalũniabiles adducere/ alioquin periret confestim omnis policia. Venuq̃ apte sunt hoc loco parabolice narrationes de lupo ⁊ oue. quam lupus diuersis fraudibus nunc ostendendo similitudinem ⁊ amiciciam. nunc falsam imponendo calũniam/ querebat fallere vt voraret. ¶ Propter quod monuit christus. Attendite a falsis prophetis.

¶ Quarta Consideratio.

Vnitas ecclesie ad vnum certuz christi vicarium/ nunc per concilium Pysanum domino concedẽte procuranda/ debet solidius inniti sententijs/ ⁊ deliberationibus huiusmodi concilij/ ⁊ sapientum in eo venturorũ/ etiamsi nõ offerãt rõnes euidentes/ q̃ allegatiõib/ vel assertionib/ vel excusatõnib/ aut iustificatõnib/ vel ꝓtendentiũ de papatu vel fautoꝝ suorum ¶ Deducit faciliter consideratio. ex hoc q̃ medium virtutis accipiendum est vt sapiens iudicabit. et vt spiritualis qui omnia dijudicat dicet/ non vt carnalis

mo qui non sapit que dei sunt/ sibi fingit.

¶ Quis.n.dubitauerit.qñ plures cãe cõ/ currere habeant pro omnib⁹ de concilio vt eis fides det/q̃ laborãt ad vnionẽ dandam q̃z p alijs ꝓtẽdentib⁹ ad suã p̃sidentiã talẽz q̃lẽ occupandã. ¶ Amor q̃ppe nimi⁹ z carnalis adseipm z ad suos:nõne fallere solet z in errores ipios traducere/et vsqz ad imitatiõz luciferi/vt adorari velint sicẽ dij/neqz reputẽt se subditos eẽ cuiq̃z/sicẽ filij belial/ sine iugo nec sibi posse dici.cur ita facꝭ:qui nec deũ timẽt.nec hoiem reuerẽt/cũ tũ bũiliores eẽ debeãt/z ad fuiendũ ꝓmptiores ex p̃lationis mũere q̃z to se obligatiores eẽ ꝓspiciũt in reddẽda rõe/ ¶ Postremo tũ ꝗ sũmope cauẽduz ẽ iudicib⁹. ne vs⁹ epikeye passim z absqz mãifesta rõe fiat/ trãsmutãdo legẽ sc̃ptã. Alioq̃n tolleret ꝓtin⁹ a legibus sua stabilitas q̃b⁹ nutãtib⁹:totã reipublice disciplinã initentẽ eis collabi.z ex ꝓnti rẽpublicã corruere vel ꝓturbari ncẽe ẽ. Inde ꝓtigit apd romanos ista seueritas.et in nece ꝓprioꝝ filioꝝ/ne labefacerẽt optimaz reipublice disciplinam. ¶ Finit.

Quatuor cosidera

I. tiones q̃ ad robur p̃dictoꝝ faciũt:repiũtur postea i oratione Apparuit gratia. 6. D

Incipit tractatus

eiusdem de statibus ecclesiasticis

Porquã oẽs obfuare ꝓuenit cuz oib⁹:tũ maxie circa misteriũ religiõis xp̃iane/nũq̃z solidi⁹ subsistit.q̃z si vitate z iusticia tãq̃z soroib⁹ fulciat. Hã si nõ i va iusticia/z iusta vitate/reddat vnicuiq̃z qd suũ ẽ/nõne scisma ꝓtin⁹ irrũpẽs pacẽ exturbabit. ¶ Audiã⁹ idcirco sub breuiũ ꝓsidecationũ nũero.qd stat⁹ sũmoꝝ p̃tificũ/qd p̃latoꝝ/qd curatoꝝ qd mẽdicãtiũ possit/ q̃libz de suo misterio vacit offerr̃/ne trãsgressio finiũ.p horum/ seu dilatio nimia / sepet iusticiam ab osculo felici pacis proinde lites fedas vt assolet introducat.

Sequũtur sex con/

deratões sup statu sũmi p̃tificꝭ. Cõsid.i.

Stat⁹ papalis institutus ẽ a xp̃o sup naturalit z imediate .tãq̃z ꝓmatuz hñs monarchicũ/z regalẽ/in eccia stica hierarchia/fm quẽ statũ vnicũ z sup/mũ/eccia militãs ꝛ vna sb xp̃o.quẽ statuz q̃sq̃s impugãre/vel diminuere/vel alicui ecciastico statui ꝓticlari coeq̃re p̃sumit:si ꝗ ꝓtinacit faciat:heretic⁹ ẽ/scismatic⁹.ipi⁹ atz sacrileg⁹. Cadit.n.in heresim totiẽs exp̃sse dãnatã a ꝓncipio nascentꝭ eccie vsqz hodie tam p instõnem christi de ꝓncipatu Petri sup alios apl'os:q̃z p traditõz toti⁹ eccie in sacris eloquijs suis/z generalibus cõciliis

Consideratio Secunda.

Status papalis lz non oino vacet seu deficiat p mortẽ pape naturalẽ vel ciuilẽ/nec p ꝓñs eccl'ia desinit esse vna nihilomin⁹ eniti debẽt xp̃iani sub pena scismatis/q̃ i ꝗ statu ꝓstituat z p̃sideat assidue vnicus/z certus sũmus p̃tifex:q̃z tuz fieri p̃ot p ploco z tpe.sic q̃ nõ est licitũ scienter i pedire/q̃ minus sit vnus talis sup̃mus p̃tifex in eccl'a/in q̃ sit ecclesiastice ptãtis plenitudo/z q̃ nõ sint plures in q̃ tãq̃z eccl'astiũ regimẽ desiner eẽ possete monarchicũ/z in aliã policie spẽm/vt in aristocraticã/aut tãmocraticaz vertere t.q̃z uis papatus has policiaꝝ species non excludat lz assumat/ quẽadmodũ de sacro dñoꝝ cardinaliũ collegio z de generali concilio videre est

Consideratio Tertia.

Stat⁹ papalis non eximit papã a legib⁹ pure ꝗinis q̃ vel in euãgelijs vel generalib⁹ concilijs posite sunt. ¶ Et ex ꝗ ꝓseq̃nter pz/q̃ papa subijcit legi illi de correctione fratna. Si peccauerit in te frater tu⁹ z c̃. Sic q̃ p̃t fraternalit corripi duz peccat. Etsi tandem nollet audire ecclesiã quã generale cõcilium repñtat/dz hbr̃i sicut ethnicus z publicanus. Et ita p̃ot ꝗ modo p conciliũ vel iudicari vel coerceri vel p excõicato haberi. ¶ Consideratio.iij.

Status papalis/nõ eximit papam a iuribus q̃ sunt pure de dictamie naturali.quẽadmodu sunt ꝓncipia iuris naturalis. Propterea cũ lex natural' dicat q̃ bonũ cõe tanq̃z aliq̃d diuinũ p̃ferẽdum est ꝓticulari bono. Deducit ex ꝗ q̃ ad bonum toti⁹ ecclesie/quã conciliũ generale repñtat.reducẽdũ ẽ bonuz p̃sonale pape sic q̃ in p̃iudicium boni cõis/ꝓticulare bonũ pape seu cõmodũ vel stat⁹/retentio vel dilatatio/p̃ualere nõ debet/cum fm exigentiã finis cetera debeãt moderari.finis autẽ papat⁹ est vtilitas eccl'ie ¶ Cõsideratio.v

Stat⁹ papalis/q̃z uis eximat papã a legib⁹ pure positiuis/canõicꝭ vl' ciuilib⁹/sic q̃ fm eas coerceri p̃uitiue

non pōt/vt p̄cise tales sunt/nihilominꝰ papa nō debet aut pōt leges positiuas p̄ſtim ꝑ cōciliū generale/ad qd̄ sufficient̄ spectat discernere vel dictare si papa palā ꝯuertat ptātem suā in destructionē ecclesie nō ī edificationem.

Consideratio sexta

Status papalis obligat papa tāto amplius/q̄to maior est in eccīa/sb̄ijcere se legibꝫ diuinis/naturalibꝫ/ꝛ canonicis ad vtilitatē eccīe. Propterea cū magis videāt oculi/q̄ꝫ oculus/videt̄ ꝙ nō sine grādi discrimine salutis/papa possit delibationes vel instituta generaliū ꝯciliorū ꝯtemnere/vt nō ſm cōem sed ꝓpriā delibationē ꝯtendat in eccl̄iastico regimine p̄sidere. Propterea bñ dictū est/ꝙ papa nō potest generalem statum ecclesie immutare vel tollere.

Sequūtur sex considerationes de statu summi pontificis et dominoꝝ sctē romane eccīe cardinalium

Consideratio Prima.

Statꝰ summi pōtificis ac sacri collegij dñoꝝ cardinaliū sibi collateraliū/fūdatꝰ est in eccīastica hierachia sub celesti/īmediate a xp̄o/nec hūana instōne seu p̄sumptione pōt destitui. Cui statui q̄ ꝑtinaciter derogat/cēsendus ē iuxta sacros canones hereticus/atqꝫ sacrilegus.

Consideratio Secunda.

Statꝰ p̄dictus/dotādus ē vel fouēdus/ꝑ debita ꝛ honesta sustētatōe tp̄aliū/sine q̄bꝫ in hac vita misera/spūalia diu nō subsistūt/quēadmodū alter statꝰ q̄cunqꝫ eccīasticus īferior seu subditus dotatus est/vel dotandus iuxta sui qualitatem.

Consideratio Tertia.

Statꝰ p̄dictus/nō iō ꝑdit iura sibi ꝯueniētia/q̄ posuit ꝓpositō duplex p̄cedēs/si forte fuerint abusus aliq̄ ꝑsonales/oli/vel nūc inuēti. Alioq̄n sic argueret̄ aduersus oēm statū nedū eccīasticū/sꝫ tp̄alē.ꝙ dissipādus ē/defendus/ꝛ ꝑdendus/qm̄ in mutilis offendimus om̄es

Consideratio Quarta.

Statꝰ p̄dictꝰ potuit/ꝛ p̄t ī subuētionibꝫ/tp̄alis ꝛ honeste sustētatiōis p̄scribere de certo mō/vel q̄ta subuētionis/sicut p̄lati vel curati inferiores respectu sb̄uentionis facte ꝑ subditos/in oblatiōibꝫ/decimis/ꝛ similibꝫ.etiā vbi status p̄dictus aliūde dotatꝰ esset ex patrimonialibꝫ bonis vel alijs/quēadmodū in prelatis dicimus ꝛ curatis.

Consideratio Quinta.

Status p̄dictus dū recipit ꝛ querit subuentiones ꝯsuetas/in oblatiōibus/decimis/vel annatis/ꝛ silibꝫ. nō dꝫ eo ip̄o de simoniaca prauitate notari nisi forte vitiū aliud in executionis mō cōcurrerit.qd̄ vitiū corrigi dꝫ/nō obinde status minui destrui/culpari.vel iuribꝫ aliunde debitis defraudari. Sic̄ ab īfirmo morbus tollēdus est.nō subiectū vel corpꝰ destruendū.

Oppositū v̄o ꝑtinaciter īponens.notādo generalr̄ de simoniaca prauitate totū statū istū/temerarius esset nec ferēdus.

Consideratio Sexta.

Statꝰ p̄dictus p̄t ꝛ dꝫ rōnabilr̄ resistere ꝑ viā appellationis/aut alias si aduersus p̄dicta voluerīt aliq̄ de facto ꝓcedere/p̄ſtim dū ꝑsone de illo stato subijciūt se/ꝛ statū suū/debite regulationi scē mr̄is eccīe/si forsitā aliq̄ fuerint ī eis reformāda/ꝛ h̄ agēdo.nedū nō scādalisant actiue vel peccāt.sꝫ merent̄/tāq̄ꝫ defensores iuriū nō solū suoꝝ ꝑsonaliū/vel eccīe ꝑticularis romane.sꝫ vniuersalis eccīe/ꝛ ad vtilitatē honestatēqꝫ totiꝰ reipublice xp̄iane/q̄ ꝯsistit ī suo d̄core mēbroꝝ maxīe p̄ncipaliū

De statu prelatorū

Consideratio Prima.

Status p̄latiōis ep̄alis in eccīa/sic est de p̄maria ꝛ īmediata/ac sup̄naturali instōne christi/ꝙ naturali vel hūana solū auc̄te/nō potuit īstitui/sic̄ potuit statꝰ dñationis tp̄alis.regie.vel imp̄ialis.hūanitus ꝛ naturaliter ordiari.

Consid̄.ij.

Status p̄lationis ep̄alis in eccīa q̄ ad sui collationē p̄mariā.fuit immediate a xp̄o datus p̄mis apl̄is. sic̄ status papalis Petro. Licet postmodū talis collatio vel adq̄sitio fieri potuerit ꝛ facta sit ī successoribꝫ ꝑ hoies. sic̄ Matthias factꝰ ē apl̄s ꝑ electōꝫ vel sortē/ꝛ successores ēt Petri fiūt nc̄ ꝑ hūanā electiōꝫ dñoꝝ cardinaliū/q̄ modꝰ potuit ꝛ p̄t variari vt īfra ponet̄.

Consideratio.iij.

Statꝰ p̄latōis ep̄al̄/hūit ī apl̄is ꝛ ī successoribꝫ/vsum vel exercitiū sue ptāt̄ sb̄ papa petro/ꝛ successoribꝫ eiꝰ tanq̄ꝫ sb̄ hñte vel hñtibꝫ plēitudinē fōtalē ep̄alis auc̄tatis. Vñ ꝛ q̄ ad talia mīores p̄lati.s.

curati subsunt ep̄is/a quibus vsus sue po-
testatis qñq̄ limitat̄ vel arcet̄. ⁊ sic a papa
posse fieri circa p̄latos maiores ex certis et
rationabilib⁹ causis non est ambigendum

Consideratio Quarta.

Status ep̄alis nō ita subē statui pa
pali. q̄ illū possit papa ānullare. si-
cut nec stat⁹ papalis posset hūanit⁹ desti-
tui. Nihilomin⁹ idē stat⁹ ep̄alis q̄ ad adq̄-
sitionē isti ꝑsone/⁊ q̄ ad exercitiū/ subest rō
nabili pape volūtati ad vtilitatē eccl̄ie/ vt
dictū est. Hec aūt rōnabilitas videt̄ atten-
denda seu regulanda/ maxīe ꝑ det̄minatio
nes ꝯcilioꝝ generaliū/ presertim iā factas
de ꝯsensu ⁊ aucte summoꝝ pontificum

Consideratio Quinta.

Status ep̄alis q̄ ad sui adq̄sitionē
isti ꝑsone/⁊ q̄ ad exercitiū/ non ita
subē mere volūtati pape/ q̄ ꝑ libito possit/
sine iniuria et pctō/ circa hmōi adq̄sitionē
⁊ destitutōz/ āpliatōz ⁊ restrictōz opari. qm̄
data est ei ptās dicēte apl̄o nō ad destructō
nē/ sz edificatōez. Consideratio. vi

Stat⁹ ep̄alis/ hz ex se ⁊ xp̄i instōne
p̄maria. ptātem ꝯficiēdi corp⁹ xp̄i
et ministrādi sacr̄a eccl̄iastica oīa: ius insu-
per predicādi/ ius stipēdia tp̄alia sumēdi/
ius excōicandi/ ius p̄latos miores. s. cura-
tos īstituēdi/ ius eccl̄ias ꝯsecrādi/ ius bñfi
ciū eccl̄iasticū/ vel stipendiū tp̄ale ꝯferen-
di/ vel facere ꝯferri mīstrātib⁹ sub se spūa-
lia/ ius indulgētias dādi. Et ita de reliq̄s
multis/ q̄ summo pōtifici cōpetūt vt in fon
te.

Consideratio Septima

Stat⁹ ep̄alis/ q̄ ad sui vsū vel exerci
tiū. nō ita subest pure volūtate pa-
pe. sic̄ stat⁹ p̄uilegiatoꝝ mēdican-
tiuz vel alioꝝ/ q̄b⁹ eēntiali ordīe ⁊ hierachi
co statu/ p̄dicta iura ep̄alia ñ cōpetūt. Pōt
idcirco papa sub talib⁹ priuilegijs/ ⁊ p̄uile
giatis/ absq̄ iniuria/ vel peccato/ īmutatō
nes opari/ restringēdo/ vel tollēdo/ non sic
passim in prelatis vel curatis.

Consideratio Octaua.

Status ep̄alis lz esse possit in aliq̄
sine plebe/ ⁊ sine vsu vel exercitio
hoc fieri non ꝯuenit. quia vanū ⁊ mōstruo
sum in ecclesia videret̄/ qm̄ frustra est ptās
cui non subest operatio.

Consideratio Nona.

Stat⁹ ep̄alis si nimis artetur in su-
is iurib⁹ eēntialib⁹/ q̄ ad restrictōez
vsus vel exercitij/ passim/ cōmuniter ꝑ pa-
pam/ absq̄ vtilitate maiori ecclesie/ siue h̄
esset in exemptionibus subditorū ab eo/ si
ue in reseruatione casuum in foro peniten
tie/ seu in restrictiōe stipendioꝝ tempaliuz
seu in reseruatiōe bñficioꝝ ecclesiastico-
rum sub eo seu ꝑ inductionē onerosaz p̄ui-
legiatoꝝ/ aut modis simlib⁹. Ille inq̄ sta-
tus ep̄alis posset rōnabiliter deferre q̄relā/
nedum ad papā ⁊ generale conciliū/ quod
est cōuenientissimū mediū. sed ad princi-
pes orthodoxos/ implorando iuuamen o-
portunum.

Consideratio decima

Stat⁹ ep̄alis sicut nō adq̄rit̄ in ali-
quo ꝑ solū titulū fidei/ vel caritatis:
ita nō depdit̄ per solā heresim/ vel
pctm̄ mortale/ nō int̄ueniēte hūana instō-
ne vel diuina reuelatione/ alioq̄n status ec
clesie hierarchic⁹ ꝓrsus eēt incert⁹ cuz suo
vsu vel exercitio/ qd̄ nō est ꝯueniens dice-
re. de policia a sup̄mo legislatore cōstituta

Consideratio Undecima.

Status ep̄alis sicut pōt diuers̄ tp̄i-
bus/ ⁊ instōnib⁹/ modis varijs ad-
q̄ri ⁊ simlr̄ auferri/ sic ⁊ status papalis in ca
su/ per ordinationes papales. aut ꝑ ꝯciliū
generale sicut ⁊ factū est aliquando potest
immutari.

Consideratio Duodecima.

Stat⁹ ep̄alis pōt ab aliq̄ ꝓpter suaz
maliciā auferri/ licet reniteret̄ occu
pās. sic ⁊ stat⁹ papalis/ vt videt̄ in
casu/ p̄sertim ꝑ ꝯciliū generale posset aufer
ri. cū stat⁹ papalis dat⁹ sit ecciastice cōita-
ti. que in hoc habet quid diuinum tanq̄
cōmune bonū/ ad quod papalis auctori-
tas conseruandum fuit instituta.

Consideratio Tertiadecima

Stat⁹ ep̄alis habet rōnabiliter mo
narchā sup̄muz scz papā. rōne vni-
tatis fidei ⁊ sacr̄oꝝ. sed h̄ nō ita ꝑspicuū est
esse debere ex institutioue xp̄i/ ⁊ ꝑ vtilitate
vniuersalis eccl̄ie: respectu dispensationis
bonoꝝ tempaliū/ ⁊ iurisdictionū ꝯtentio-
saꝝ seu coerciuaꝝ/ que diuersis legib⁹/ seu
decretalib⁹/ aut statutis/ ꝑ diuersitate loco-
rum ⁊ temporꝝ regi debēt. sic̄ ⁊ alia mere tē
ꝑalia/ regalia/ vel impalia. Dic bñ dictū ē
q̄ quelibet prouincia in sensu suo abūdat.

Consideratio. Quartadecima.

Stat⁹ p̄latiōis/ si fiat limitatio sui
vsus in bñficijs ꝯferēdis/ vel in ex
emptionibus: nō debet rōnabiliter ꝯqueri
dū hoc manifeste sit propter studiū littera
rum presertim sacre doctrīe quod per talia

promouetur/ ⁊ dum ho potenter fit ad rep̄mendos abusus notorie ꝓuenientes/ siue hoc sit ex importunitate dominoꝝ tempo/ raliuꝫ/ vel ex ꝓpria pusillanimitate/ vel alia quauis corrupta affectione. ¶ Sed in h̄ capere medium conueniens/ non aliter videtur posse determinari. q̄ꝫ iuxta Aristotelis sententiā scilicꝫ vt sapiēs iudicabit. Nihil āt videt̄ in hoc sapienti⁹ q̄ꝫ generale cōcilium rite ⁊ libere celebratum

De statu curatorū

¶ Consideratio Prima.

Status curatorum succedit statui lxxij. discipulorum christi quo ad legem nouā/ ⁊ figuratus est in antiqua lege per leuitas. ¶ Ac perinde status curatorū est de institutione xp̄i ⁊ apl'orum suo/ a principio fundatiouis eccl'ie/ q̄ institutio per declarationes summoꝝ pontificum. ⁊ sinodoꝝ tam generalium q̄ꝫ specialium magis ac magis innotuit.

¶ Consideratio Secunda

Status curatoꝝ est de essentiali ac intrinseca ecclesie hierarchia/ sicut status p̄latoꝝ. q̄ꝫuis inferior sit/ ⁊ ꝑ sua perfectiōe variabilior. Qua ratiōe curati simplices/ nō eque ꝓprie dicunt̄ sponsi sicut ep̄i liberiusq̄ꝫ permittuntur cedere vel renunciare curis suis. ¶ Consideratio tertia.

Status curatoꝝ institutus ē ad regimen animaꝝ dirigendaꝝ in finem vltimum/ per cōionem sacramentorum. ⁊ peccatoꝝ remissionez/ ⁊ promotionē ad virtutes. ¶ Cōsideratio. iiij.

Status curatoꝝ/ annexā habet obligationē docendi/ ⁊ publicādi verbū dei/ suis parochianis/ saltem q̄dam generali tenore legis euangelice/ quo ad credenda/ ⁊ agenda/ ꝟm statū sue simplicitatis/ sicut maioribꝫ p̄latis ꝯuenit ex obligatione sciētie/ reddere rōnem ꝑticulari⁹ de ea que in eis est fide/ ⁊ spe/ apud omnes tam q̄ de foris sunt/ q̄ꝫ q̄ intus/ fideles scꝫ et infideles/ hec enī obligatio ꝯsequit̄ ad obligatioem priorē/ que est de sp̄uali regimīe subditorum. ¶ Consideratio quinta

Status curatoꝝ est status ꝑfectōis nō solū adq̄rende. sed etiā exercēde/ cū sibi cōpetat tā obligatio/ q̄ꝫ auctoritas/ reducēdi aīas ad deū/ ꝟm hierarchicos actus. qui purgare illuminare perficere nominantur ¶ Consideratio sexta

Stat⁹ curatoꝝ sup̄ior ē hierarchice eccl'ie. ad statū simpliciū religiosorū/ sic̄ diuin⁹ Diony. ⁊ Hiero. in p̄cedentis considerationis determinant ratione. ¶ Consideratio Septima.

Stat⁹ curatoꝝ eccl'ias parochiales sibi deputatas habet in tali lib̄tate/ q̄ nulli alteri sacerdoti fas ē ip̄is ī uitis/ aut sine eoꝝ licentia p̄dicare in eadē. Prefti dū p̄dicare voluerint ip̄i/ sꝫ nec confessiōes illic audire. nec sacr̄a mīstrare/ salua sp̄ aucte vel rōnabili ordinatione sup̄iorum prelatoꝝ. ¶ Consideratio Octaua

Stat⁹ curatoꝝ hꝫ ius ⁊ titulū recipi eadi decīas ⁊ oblationes/ ⁊ funeralia/ aut alia emolimēta loco illoruꝫ ꝑ sustētatioe sufficiēti status sui. Et h̄ sit tā de iure diuino/ q̄ꝫ naturali p̄supposito dominio. Det̄minatio autē bui⁹ vel ill⁹ q̄te/ vel cōmutatio in aliā subuentionē/ hꝫ fieri solo iure positiuo. ¶ Consideratio nona.

Status curatoꝝ sicut habet de sibi subditis ouib⁹ cogitare in mīstratione sacr̄oꝝ/ vt sct̄ē suscipiantur. sic decet maxime vt q̄libet parochianus se prius oñdat suo curato/ generalit̄ vel sp̄ealiter in foro ꝯscie/ q̄ꝫ eadem sacr̄a suscipiat. Pōt insup̄ edictuꝫ generale vel sp̄eale suis parochianis sup̄ h̄ ꝑ curatos ne aliter se ingerant ꝑmulgari. ¶ Consideratio. x.

